



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. I. Mos lavandi pedes ante accubitus, antiquis, & vulgatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

cum, ero similis vobis mendax: sed novi eum, & sermonem ejus sermo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Ille dicit: Non possum a meipso facere quidquam & rursum: Pater meus in me manens, ipse facit opera. Ille: regna omnia ostendens dicit: Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Ille dicit: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Ille dicit: Eritis sicut Dei, scientes bonum & malum. Ille ait: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que Pater posuit in sua potestate. Ille ut voluntas divina despicit, & ut propria possit suadere, dicit: Cur accepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? & paulo post: Scit enim Deus, quod in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. Ille dicit: Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Ille per membra sua loquitur, dicens: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, coronemus nos rosis antequam marcescant, ubique relinquamus signa latitiae nostrae. Ille membris suis prae-nunciat, dicens: Plorabit & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Ille nihil aliud mentes sibi subditas docet, quam cellitudinis culmen appetere, cuncta aequalia mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum alta elatione transire ac sese contra potentiam conditoris erigere: sicut de eisdem per Psalmistam dicit: Transferunt in dispositionem cordis, cogitaverunt & locuti sunt nequitias, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Ille ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineam coronam, ad crucem, ad lanceam, atque ad mortem veniens, membra sua ad-monet, dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quia igitur Redemptor noster corda regit humilium, & Le-viathan iste rex dicitur superborum, aperte cognosci-mus, quod evidentissimum reproborum signum super-bia est, at contra Humilitas electorum.

Hæc, mi Lector, in prælium tragædiæ tam eruentè videbantur præmittenda. Initium moriendi Christus fecerat in horto. Pedum lavatione prolapsit Humilitas in cenaculo. Arcanissima Cenæ mysteria nos non tan-gimus: hæc longè altiori debentur stylo. Igitur cum Do-mino Jesu ad Apostolorum pedes provolvimur in ter-ram, ut tantò citius virtutum primam discamus HV-MILITATEM. Sed liceat huic primo Capiti paullulum Rhetorici purpuris adhibere. Contra tioris calamo prosequemur cetera.

§. I. Mos lavandi pedes ante accubitus antiquus & vulgaris.

Ad spectaculum istud, seu miraculum potius, quod supremus orbis cælique Imperator Deus in terris edidit, cum se ad postremissimorum hominum pedes & vestigia abiecit, honorem summum ad in-fimorum mancipiorum humilitatem inclinavit, dignitatem excellentissimam ad vilissimorum abjectissimorumque servorum indignitatem prostravit; ad hoc, inquam, seu spectaculum mirandum, seu spectandum potius miraculum (quod eò magnificètius quò vilius, hoc altius quò humilior, tantò admirabilius quantò contemptius) non urbem tantum aut provinciam, sed orbem terrarum universum, ipsosque inferos, atque omne denique cælum evocatum velim, ut impiorum quidem execrabilis superbia condemnetur, mortalium factus emendetur, immortalium denique geniorum excellentia quasi proficiat tanto tamque inusitato auctoris sui exemplo, quod ab ipso salutis & religionis conditore Christo acceptum. Hic ego me meamque dictionem ad Christi gen-ua, quæ postum reverentia, submittam, & cum bea-tissimo Cypriano vestigia facti hujusce contemplabor, cum admirante Augustino admirabor, cum lacrymabili Magdalena complectar & osculabor, altiora tantæ rei argumenta sublimioribus ingenis (quamquam quid

A potest esse tantà abiectione sublimius? relicurus.

Crurum pedumque loturam ante cenam, ut taceam de manibus ac toto corpore, rem antiquis usitatam & quotidianam fuisse, nemo qui vel primoribus labris, sive sacram vultus memoriam, seu civilium rerum histo-riam attigit, ignorare potest; cum id non unius civitatis & gentis, sed multarum nationum ac populorum fuerit exemplum. Romanos certè non illos jam extremos at-que lautiores, sed antiquiores etiam & severiores, bra-chia, crura, vestigia ante cibum sumptum purâ undâ ab-luisse, nulla sit dubitatio, cum locupletissimi gravissimi-que testes, Senecæ, Varrones, Plutarchi publicè id mo-numentis consignarint. Posteriores verò non pedes tan-tum, sed totum corpus, nec semel duntaxat quotidiebus, sed nonnulli bis, ter, quaterve, imò septies octietque, uti Lampridius in Commodò de Commodò prodidit, perleuebant. Unde tot Romanis domi forisque privata publicæque balnea, baptisteria, thermæ, frigidaria, cal-daria, tepidaria, quæ Plinius uterque, Viruvius, Cicero, Macrobius, ut nihil de Potèis dicam, passim celebrant laudantque. A balneis verò, cenòque absterfo, rectè se ad cenam, unctam tamen, conferebant. Quod & Græcis ante Romanos etiam observatum, si qua Catullo, Ho-mero, Eustatio, Athenæo fides. Euryclea lanè Ulysem post vicens annos reducem, dum liquidâ pedes illi permulceret, è tibiærum contactu cognoscit. Lavant apud eundem Homerum hercões, lavat Telemachus; lavant ancillæ, uti apud Carullum Ariadna eandem Theæo operam deferebat. Eundem fuisse morem Æ-gyptiis, ex aurèo illo Amasidis pelluvio, in quo rex ipse, amicique regis vestigia sua perfundebant, apud Hero-dotum discis. Eundem Afris, Syris, aliisque compluri-bus morem fuisse, alii attestantur. Sed omnium anti-quissima sanctissimaque divini Mosis litteræ Hebræis hoc tingendorum pedum officium hospitibus maxime præstitum loquuntur, quando referunt, tribus cælesti-bus nauis, populorum conditori Abrahamo, occurrenti-bus aquam ante cibum pedibus tergendis apparatus, & mox binis à Lotho quoque oblatam. Quod officium hospitalis neporum series postea nunquam inremitit, uti tandem observatè mos idem, in cærimonias & reli-gionem Paschæ (quod Hebræorum rituales chartæ li-bri que perversti ostendunt) immigravit, tam sanctè postea religiosèque custoditus; ut ne Christus quidem ipse novæ legis auctor, antiquator præcæ, ab illo disce-deret; cum inter veteris novumque Sacramentum, reli-gionis faceret divortium, quin & hanc amoris declara-tionem suis ita commendavit, ut eam exemplo ad om-nem posteritatem transmittendo confirmavit. Quo fa-ctum est, uti & communis gentium magistri Pauli ad-hortatione, & antiquissimorum virorum Tertulliani, Cypriani, Augustini testimoniis atque commendatione, omniumque temporum consequentium usu eadem res idemque exemplum ad nostrum usque ævum, horam-que præsentem permanarit.

Lotura crurum & pedum antiquis usitata fuit. Romanis antiquioribus. Et Posterioribus. Græcis, Ægyptiis, Afris, Syris, aliisque Hebræis.

Ab eadem lotura nec Christus discessit, & suis discipulis commendavit. Ad hoc ævum usque nostrum permanavit.

§. II. Quanti estimandum hoc nobis à Christo propositum Humilitatis exemplar.

Quid ergo, dicat aliquis, novi Christus, quid inusi-tatum aut notandum perpetravit, cum suorum plantas tinxit, quando id retrò toties actum factumque prædicatur? Novum, inquam, & prius inusitatum in-auditumque factum & exemplum in tali tantæque per-sonâ, tanto tamque cælesti homine, ipso, inquam, Opt. Max. Deo. Tu non mirere, non hæreas, non obstupe-scas? si, quod hodie ab ancillis atriensibus, à servis me-diastrinis, à sordidissimis mancipiis fieri solet, qui herum calceant excaleantque, vestes purgant, lectos sternunt, sordes effertunt, si id ipsum, mutatâ personarum vice, herus servo præstet; ac tantò magis obstupefcas, quò major nobiliorque is, qui ad illam conditionem descen-dit, &

Lotio pedum discipulorum à Christo facta, est exemplum inauditum.